lumine creato. magis in sacramẽto. sicita est in lectione. quo mõ non in oratione. absq; dubio ita videt. Et si obiciat cõmunis mos ecclesie. Respondent q̃ hoc qd specialiter ecclesia magis facit. p aliquo. non facit propter hoc q̃ magis illi prosit. sed quia libentius facit homo pro eo quem diligit specialius ⁊ magis animẽ ad faciendu3. vnde si istud esset notũ simplicib?, non ita libenter facerẽt suffragia. Sed istud non credo. quia sic dicit Augustin? de cura p mortuis agenda. q̃ sepulcura valet in loco sancto. ꝓter orationes sanctorũ qui orant. p eo ad eu? tumulis memorant. Amplius. suffragia sunt ad soluendũ penam siue reatum. sed plus est satisfacere pro debito multorum q̃ vnius. ⁊ facilius satisfit pro debito vni?. ergo plurib? indigent suffragijs duo q̃ vnus solus. ergo si diuidũtur inter eos. vterq; habet minus. ergo non videt q̃ equaliter se extendat ad omnes. Et ideo dicendu3 q̃ illud nõ est simile. quia illuminatio totã specie rei videt. defert ad oculũ. ⁊ similiter lectio totum similitudinẽ vocis. sed non sic est in solutione sicut est in aspectu ⁊ cõsideratione. Quis enim duo creatores equaliter possint ⁊ simul videre vnũ aurũ. non tm̃ potest equaliter solui duobus. Sic intelligendũ est in ꝓposito q̃ p suffragia fiat. Unde refert vtrum fiant p pluribus an pro vno. ⁊ ideo distinguẽdum est hoc. quia suffragia ecclesie. aut fiant in cõmuni. aut in speciali. Si in cõmuni. p̃sunt ei magis q̃ magis meruit vt p̃desciant alijs. additionibus paribus. quia non tm̃ dignitas sed etiã necessitas considerat. ⁊ sic probant p̃me rationes Si autẽ fiant in speciali. ei magis. p̃sunt p quo fiũt. ⁊ sic probant rationes sequentes. Ad illud tamẽ qd primo obiciẽ q̃ magis p̃sunt ei qui magis meruit. dicendũ q̃ verum est quãtum est de se nisi aliud reformet pactum. ⁊ hoc est intentio faciens. Et similiter ad sequẽs respondendũ q̃ deus distribuit sũ intentionẽ illius qui offert suffragiũ. Ad illud quod obiciẽ q̃ citius meruit. dicendũ q̃ verũ est q̃ citius meruit. q̃ maiores ⁊ plures habuit adiutores. hinc est q̃ citius liberat̃ ratione consilij alieni. Et iterũ. iste meruit citius liberari non q̃tum ad ea que sunt. ꝓria. sed ad ea que sunt cõmunia. de quibus magis pcipit ceteris paribus. Ad illud quod obiciẽ de sacrificio crucis ⁊ altaris. dicendũ q̃ quis idem sit. nõ tamẽ vtrobiq; vniformiter operat̃. nam in cruce effusu? est pretiũ in omnino ad plenitudinẽ. sed in altari habet effectũ in omnino ad plenitudinẽ. sed in altari habet effectũ determinatũ. cum quotidie assumat̃. Et propter hoc p̃ma oblatio non iterat̃ sed secũda iterat̃. ⁊ ideo non valet illa ratio. quia ꝓcedit ac si esset equalis effect?. Et iterum. illa pro omnibus est oblata. hec autẽ specialiter potest fieri. Nec obstat illud Hiero. de consecrat. dist. v. nõ mediocriẽ. cũ p centũ defunctorũ aiab? pẽ vel missa dicat. nihil mm? q̃ si. p vno q̃libet diceret̃ accipit. dicendũ cũ q̃ Hieronym? sicut patet ex adiunctis loquit̃ q̃tum ad meritũ facientis non q̃tum ad velitatem eius. p quo fit.

Quesequẽter q̃tum ad tertiũ articulũ querit̃ de suffragijs que impendunt̃ viuis a sanctis siue defunctis. Et circa hoc queruntur tria. Primo querit̃ vtrum sancti orent pro nobis. Secundo vtrum sancti impetrent nobis suis orationib?. Tertio vtrum sit nobis vtile rogare sanctos.

Questio. j. G

Circa quã3 ostendit̃ q̃ sancti orent p nobis. quia dicit̃ de christo qui ẽ sanct? sanctorũ Hebr. vij. Semp viuens ad interpellandũ p nobis. sed sancti sunt eius imitatores. ergo sicut christ? orat ⁊ sancti orãt. Item hoc ipm̃ probat̃ p illud qd dicit̃ Job. xvi. Ego rogabo patrẽ ⁊ alium paclitũ dabit vobis. ergo simul sancti orant. Item ecclesia cõmuniter orat. sancta maria ora. p nobis. ⁊ cẽ. ergo si nõ frustre petit. patet cẽ. Item ratione videt̃. q̃ sancti diligũt nos ex charitate. ergo optant ⁊ videbant̃ salutem nostrã. sed cõstat q̃ scũt illam nõ posse esse nisi a deo. ergo optant illam p deũ. ergo cum desideriũ alicuius rei a deo fit oratio. patet cẽ. Cõtra. sancti voluint nobis salutẽ vel aliud bonũ aut non volũt. Si non volũt. ergo nõ orant. Si volunt. sed sicut dicit Aug?. in ꝓlogo. q̃ beati erunt omnipotẽtes sue volũtatis sicut ⁊ deus. sic ergo cum nullus orat qd potest p se sicut dicit Aug?. de correctiõe ⁊ gratia. si sancti possunt salutẽ nostrã non orant. vel si non possunt omnipotẽtes non sunt. Itẽ vt dicit Damã. oratio est ascensus intellectus in deũ. sed beati sunt in termino sue cõtemplationis. ergo eo3 intellectus in deũ nõ ascendit. ergo nõ orãt. Itẽ beatus est cui ad votũ cuncta succedũt. Unde Aug?. xiij. de trinitate dicit. q̃ beatus habet quiẽqd vult. ergo nullus habẽs quiẽqd vult aliquid orat vel petit. ergo sancti in patria nõ orant ꝓ nobis. Item christus nõ orat ꝓ nobis. q̃ non dicit in letania xpe ora pro nobis. ergo si non dicit. videt̃ q̃ non orat pro nobis. ac p hoc nec sancti. Item querit̃ quare non dirigit̃ ad spũ sanctũ oratio sicut ad patrẽ. R̃ dicendu3 q̃ sicut dicit magister in ſtra. Sancti p nobis orant. Et hui? ratio est duplex. Una est q̃ vident nostrã necessitatẽ. quia nos indigem? ab alijs releuari. Alia. ꝓter dei volũtatem. q̃ vult vt vnum membrũ aliud releuet. ⁊ q̃ pinuicẽ sollicita sint mẽbra. vnde cum ipi sint liberati debent alios adiuuare. Ad illd ergo qd obiciẽ q̃ possunt quicquid volunt. dicendũ q̃ volũtas dupliciter compat̃ ad actu3. Aut ad actũ ꝓriũ. vt volo hoc facere. Aut ad actum alienũ. vt volo vt alius faciat hoc. s. deus vel homo. Unde dico q̃ auctoritas Aug?. est respectu actus ꝓriũ. sed oratio vel petitio salutis respectu actus diuini. vt. s. deus saluet. Ad illud quod obiciẽ q̃ nõ ascendit intellect? in deum. dicendũ q̃ intellectus dicit̃ in deũ ascendere tripliciter. Aut per nouum aspectũ in deum. s. quãdo homo reuocat cogitationẽ ab alijs ⁊ cõuertit in deũ. ⁊ sic est tm̃ in viatoribus. Alio modo p aspectũ alterius inferioris rei. vt cum quis cogitat humanã miseriam. ibi dicit̃ aspectus nõ quia de nouo aspiciat. sed quia aliud inferius ad illud respiciat. ⁊ sic est in beatis quãdo ꝓ nobis rogant. q̃ tunc nostrã indigentiã considerãt. Tercio modo ꝓter continuationẽ intuitus ꝓmi. Sũ cũ quis ꝓsiderat deũ qui est sup se. ⁊ cõtinue cõsiderat. ꝓtinue ascẽdit. nõ q̃ ad alio ⁊ ad alio ſ q̃ supra se ferk. ⁊ hoc mõ ꝓtinue ẽ in beatis. ⁊ sic p3 istud. q̃ si ꝓmo mõ dicat̃ oio. assensus ẽ tm̃ vie. secũdo mõ ẽ vie ⁊ patrie. tercio mõ tm̃ patrie. Ad illud qd obiciẽ q̃ beatus h3 quiẽqd vult. dicendũ q̃ beat̃ aliqua vult sibi. aliqua vult alijs. Dico ergo q̃ ad substantiã beatitudinis est vt habeat omne qd vult sibi. sed vt habeat omne qd vult alij nõ est de sũba beatitudinis ſ de ꝓsumatiõe ⁊ bñ esse. ⁊ hocnõ erit q̃lũq; oẽs electi sunt glorificati. tũc ẽm̃ quilib3 habebit. qd vult sibi et qd vult cuilib3 alij. et tũc plena ẽ beatitudo. Item beati orant tm̃ ꝓ alijs. miseri ꝓ se ⁊ ꝓ alijs. ſ

consumãto numero electo3 non rogabũt ꝓ senec ꝓ alijs. Ad illd qd vltimo q̃rit̃ de xpo. dicendũ q̃ ꝓ errore arrij vitandũ dictũ est ne videamur xpm credere creaturã. et ne videamur eũ pt̃ãtem minuere q̃ pt oia. eius petimus miseratõem nõ oratões. Qd vo querit̃ de spũ sctõ. dõm q̃ q̃ ẽ domũ in quo oia dẽa donant̃. ꝛõ petendus est ipe nõ porrigẽdã ẽ petitio.

Questio. ij. b

Utrũ sancti impetrẽt nobis aliqua suis oratõibus Et q̃ non videt̃. q̃ nullus impetrat aliquid apd deum nisi qui est in statu merendi. sed sancti nõ sunt in statu merendi. ſ ꝛc. Si dicas q̃ non merito qd tunc sit sed qd precessit. Contra. hoc nõ soluit. quia scõm hoc etiã si non rogẽt nihilominus obtinebim?. ſ nihil nob facit oio eo3. Preterea ipi sufficiẽter remunerati sunt de toto eo qd meruerũt. ſ nõ meruerũt aliquid aliud. ſ rõne meriti pcedẽtis non impetrãt. Itẽ sancti p oia ꝓformãt voluntatẽ suã3 volũtati diuinẽ. ſ non orãt nec petiũt nisi qd deus vult dare. ſ qd deus vult dare dabit etiã si sancti nõ petãt. ſ ꝛc. Itẽ sancti videt̃ vtrũ oioes nr̃e sint exaudiende. aut non exaudiende. Si sunt exaudiende petiũt. Si non. non petiũt. sed si non peterent nihilominus petitões exaudiende exaudirent̃. ſ eo3 oio nihil facit. Cõtra. sancti in via impetrãt alijs gram et multa bona. sed plus possunt apud deũ in patria q̃ in via. ergo magis impetrãt. Itẽ sancti impetrãt ꝓ viuis q̃ sunt amici dei. sed magis sunt amici dei in patria q̃ in via. ergo efficacius impetrant. Item ostendit̃ q̃ impossibile. quia si nõ impetrant ⁊ orant sicut supra monstratũ est. ergo frustra orant ⁊ sunt miseri. q̃ nõ implet eorum volũtas. Item sancti ita faciũt miracula post mortẽ vt añ. ergo ita impetrãt post mortem vt ante. R̃ dicendũ q̃ sanctorũ oratiões mẽta nobis bona impetrãt sicut dicit magister merito ⁊ affectu. Merito quidẽ pcedenti quo deo facillime seruierũt. ⁊ tãtũ locũ suis meritis sunt adepti. vt nõ solũ sibi tertiũ diuinẽ ⁊ gloriã meruerũt. sed etiã alijs suffragari. Multa enim supererogauerũt affectu. quia amici dei sunt facti. ⁊ amicicia est idem velle ⁊ nolle. ⁊ cum aliquẽ amant sancti cõpellunt vt sic dicam deũ diligere. vnde beata virgo multos peccatores deo reconciliare dicit̃. Ad illud ergo q̃ obiciẽ q̃ nõ sunt in statu merendi. dicendũ q̃ verũ est sibi. Et preterea nõ redditur exauditio merito q̃ tũc fit. sed merito qd precessit. Qd obiciẽ q̃ tanc sine oione fieret. dicendũ q̃ meruerũt nõ simpliciter q̃ istẽ obtinerẽt sed sub cõditiõe. videlicet si ipi intercederẽt. vel alij eo3 subsidia impetrarẽt. sicut aliqui sancti in morte petierũt q̃ comm? exaudiret inuocantes eorum patrociniũ. Et q̃ dicit̃ q̃ meritũ eorum est plene remuneratũ. verũ est de merito absoluto. sed de merito cõditionato adhuc stat cõditio ⁊ merendi ratio. Ad illd quod obiciẽ q̃ cõformant voluntatẽ suã diuine per omnia. dicendum q̃ sicut dicit Aug? de p̃destinatione sanctor? q̃ orare debemus ꝓ p̃destinatis. q̃ fortassis p̃destinati sunt vt nostris oratiõibus cõfirmẽt. ⁊ si constaret nobis hoc totũ q̃ essent primũ saluati ad nostras pẽces. deberem? etiã ꝓ eis rogare vt fructuose rogaremus. q̃ ad preces nostras saluant̃. sic intelligendũ ẽ in sanctis qui vident q̃ deus vt̃ãtem nos saluare ad

i por pẽces. ideo instantissime rogãt ⁊ impetrãt.

Questio. iij. i

Utrum vtile sit nobis rogare sanctos. Et q̃ nõ videtur. q̃ iste qui cõuertit̃ ad rogandũ sanctos aut est dignus erudiri aut non. Si est dignus. etiã sine sanctis erudiet̃. Si nõ est dignus. etiã cum sanctis nõ erudiet̃. nec sancti rogabũt ꝓ ipo. ergo ꝛc. Item oratio est species latrie. sed latria est cultus soli deo debitus. ergo oratio debet fieri soli deo. Item si dicas q̃ est species non tm̃ latrie etiã dulie. ergo si magis est honorare maiores. videt̃ q̃ male facit qui instantius rogat minores. ⁊ hoc videt̃ stulticia. q̃ maiores sancti vt beata virgo potẽtiores sunt in cõspectu dei. Item deus est nobis misericordior. ⁊ pscientior q̃ aliquis sanctus. Sed stultus esset q̃ posset adire regem ⁊ inuenire benignioẽ q̃ principẽ. qui relicto rege adiret principẽ. ergo ꝛc. Item sancti sunt nobis absentes. sed stultus est qui absenti loquit̃. ergo stultus est qui a sanctis aliquid petit. Forte dices q̃ ipi vident in deo. Contra. angeli portant petitiones. ſ si reluceret in ꝓbo frusta portaret. ergo ꝛc. Cõtra. nos debemus sanctos dei honorare. sed qui orat aliquẽ ipm̃ honorat. ergo ꝛc. Item plus possunt sancti in curia dei q̃ aliqui ꝓcipes in curia regis. sed sapientis est volentẽ impetrare in curia regis ꝓpecari ꝓcipes. ergo ꝛc. Item hoc facit cõmuniter ecclia ⁊ cõstat q̃ non errat. ergo ꝛc. R̃ dicendũ q̃ deus vt̃ãtem ⁊ voluit q̃ sanctos rogarem? triplici ex causa. s. ꝓter nostrã inopiã. sanctor? gloriã. ⁊ dei reuerẽtiam. Propter inopiã in merendo. et vbi nostra non supperent merita. patrocinentẽ alienã. Propẽ inopiã in cõtemplando. vt qui non possum? summã lucem aspicere in se. aspiciamus i sanctis. Propter inopiã i amãdo. q̃ miser homo se magis sentit affici circa vnũ sanctũ q̃ etiã circa deũ. ideo cõpassus nostre inopie voluit nos rogare sanctos. ac per hoc patet primus. Quia ille qui ante erat indignus. rogando sanctos eorum patrocinio efficit̃ dignus. Secũda causa est sanctorũ gloria. quia deus vult sanctos suos glorificare. vult ꝓ eos miracula facere in corpoib?. ⁊ salutẽ in animib?. vt ipos laudem?. et hoc non tm̃ ꝓ sũpmos sanctos sed etiã infimos. vnde sicut aliquis sanatur corporaliter inuocando linũ ⁊ nõ inuocando petrũ. alius econuerso. sic ⁊ spũaliter. ⁊ sic patet secũdũ. q̃ deus vult honorẽ dulie omnib? sanctis dari. Tercia causa est dei reuerentia. vt peccato3 qui deũ offendit quasi nõ audeat deũ in ꝓria ꝓsona adire. sed amicorum patrociniũ implorare. ⁊ sic patet tertiũ obiectũ. quia bonum est aliquãdo a deo resilire. ꝓter reuerẽtiã. Ad illud autẽ quod obiciẽ q̃ sunt absentes. dicendũ q̃ in magistrũ q̃ reuelant̃ a verbo eaten? quatenus expedit saluti nostre. Et q̃ dicit̃ de angelis q̃ offerunt deo petitiones nostras. hoc dicit̃ quia ipm̃ cõsulunt sup petitionibus nostris vt sciant qualiter ergã nos debeant ministrare. Si autẽ querãt qualiter quis inuocet beatũ petrũ cum sit mortuus. dicendum q̃ inuocat̃ spiritus petri. ⁊ si constaret nobis hoc totũ q̃ essent primũ saluati ad nostras pẽces. deberem? etiã ꝓ eis rogare vt fructuose rogaremus. q̃ ad preces nostras saluant̃. sic intelligendũ ẽ in sanctis qui vident q̃ deus vt̃ãtem nos saluare ad